Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et in furore tuo turbabis nos. Domine iniquitates nostras in con-
spectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes
dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut
arenam meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta
annis. Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius
eorum labor et dolor. Quoniam
supervenit mansuetudo: et corripiemur. Quis novit po-
testatem irae tuae: et pro timore tuo iram tuam dinumerare.
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Convertere domine usquequo: et deprecabilis esto super servos
tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultavimus et delec-
tati sumus in omnibus diebus nostris. Laetati sumus pro diebus quibus
nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Respice in
servos tuos: et in opera et dirige filios eorum. Et sit splen-
dor domini dei nostri super nos: et opus manuum nostrarum dirige super nos. Ala-
Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione psalmus
dei coeli commorabitur. Dicet domino suscriptor meus
es tu: et refugium meum deus meus speravo meum. Quoniam
ipse liberavit me de laqueo venantium: et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius spe-
rabis. Scuto circumdabit te veritas eius non timebis
a timore nocturno. Sagitta volante in die a negotio
non ambulante in tenebris ab incursu et demonio meridi-
ano. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris
tuis a te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis con-
siderabis: et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine
spes mea altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet
ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus
viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambula-

et opera manuum nostrarum dirige super nos